

I

Johannes eps servus servorum dei. **V**enerabili fratri Benedicto de Rindnellis Cuius Florentin in Terra nra Corneti pro nobis
 et Roman ecclia Thesaurario. **S**icut et aplicam ben **V**olentes qd dilectus filius nage Johannes herigheci Legum doctor de Terra
 nra Aquependentis Urbevetan dioe pro parte dilector filiorz Communis et Vniuersitatis Terre predictae ad nos super hoc Nuntius destina
 tus summam Centum modiorz grani semel duntaxat absq; aliqua solutione pedagij tracte gabelle uel alterius oneris iudici uel iudicandi
 tam per terram qua per mare per se uel procuratores suos de Terra nra Corneti extrahere ualeat et ad prefatam Terram nram
 Aquependentis portari facere pro usu Incolarz et habitatorz Terre eiusdem libere et impune Constitutionibus aplicis et maxime litteris
 et mandatis nris quibus cautur qd nulli nisi duntaxat ad hanc aliam urbem portanti de prefata Terra Corneti granum extrahere per
 mittatur et alijs in contrarium disponentibus non obstantibus quibuscunq; Discretion tue de qua in his et alijs specialem fiduciam obtinemus
 per te uel alium seu alios quibus id iuxeris committendum ut idem Johannes per se uel procuratores predictos usq; ad dictam summam
 Centum modiorz grani extrahere possit et deferri facere absq; solutione aliqua ut prefatur auctoritate nra prouidendi et mandandi
 omnibus et singulis Officialibus Terre predictae qd usq; ad dictam summam Centum modiorz grani emere extrahere et portari facere
 ut premitatur hac uice duntaxat permittant omni contradictione cessante plenam et liberam tenore presentiu concedimus facultatem.
 Prouiso tamen qd ultra dictam summam idem Johannes per se uel aliu extrahere non possit uel debeat ullo modo seu committi fraus
 aliqua in premissis. Presentibus post Quatuor menses a dat presentium computandos minime ualiturus. Dat Rome apud Sanctum petrum
 kl Septembze Pontificatus nri Anno Secundo.

Sept

De puuillione -

A. de Kate:

Faint handwritten text at the top edge.



Handwritten flourish or initial.



Handwritten flourish or initial.

In Camera P.^{ta}

Handwritten text: "cepit" followed by a flourish.

Handwritten text: "S. Maria" with a flourish.

Handwritten text: "Pro R. Reite".